

SCRIPTA

Numéro Scripta : 2323

Auteur(s) : Eugène III [pape]

Bénéficiaire(s) : Troarn, Saint-Martin (abbaye)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1148, 7 avril

Lieu d'émission : Reims

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Grande bulle d'Eugène III portant confirmation des biens de Saint-Martin de Troarn.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Sauvage René-Norbert, *L'abbaye de Saint-Martin de Troarn au diocèse de Bayeux, des origines au seizième siècle*, Caen, Chalopin (MSAN ; 34), 1911, n° X, p. 371-373.
- b. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 59, p. 132-135.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9228, t. 2, p. 55.

Texte établi d'après a

Eugenius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis Ricardo, abbati Sancti Martini Troarnensis, monasterii ejusdem fratribus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis, in perpetuum. Apostolici moderaminis clementie convenit religiosos diligere et eorum loca apostolice protectionis munimine defensare. Quocirca, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium Sancti Martini, in quo divino mancipati estis obsequio, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus, statuentes ut quascunque po[s]sessiones, quecunque bona, in terris, vineis, silvis, pratis, pascuis, molendinis, decimis seu aliis, idem monasterium in presentiarum juste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant in quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis: totam videlicet villam ipsius Troarni, totum alodium de Bruris (sic) cum consuetudinibus, redditibus et aliis appendiciis suis, scilicet Turfredivilla, Salneriivilla, Foletoth, Sanctus Paternus, Johannisvilla, Catavilla cum Ramata, cum omni consuetudine et pastura totius vicinitatis de marisco, totam Ledrosam cum ecclesia sua, scusam predicti Troarni a ripa usque ad ripam, ecclesiam Sancti Sansonis cum burgo, quicquid habetis in Barnevilla et in Sancto Sansone, totum Crepicor cum duabus piscariis, ecclesiam de Guleto cum tota decima tam in terra quam in aqua, decimam piscium de Crusillis cum uno manso, totam terram Malleart, decimam thelonei de Monte Gomerio et de molendinis, de pecudibus et fructu earum, ecclesias de Trun cum decima thelonei,

molendini, colonis et terra presbiteri que ibi habetis, ecclesias de Croceio cum omni decima et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Silvini, cum omni decima, et quicquid juris habetis in eadem villa, terram quam tenuit Ursus filius Rannulfi de Molins, ecclesiam Rainerii Manseoli et ecclesiam Sancti Petri cum decimis earum, terram quam dedit nobis (sic) Rogerius Tanetin cum omnibus pertinentiis suis, terram Sancti Ipoliti de Geborre cum terra Ursi militis, ecclesiam de Retisvilla cum decimis et aliis pertinentiis suis, terram quam tenuit Gaufridus clericus, unum piscatorem cum terra sua, terram quam tenuerunt Gaufridus et Rogerus in Ranvilla, Huldestod et Erneltot, quas Ugo (sic) Pincerna vobis concessit, terram Rannulfi, militis, de Dumodivilla, quicquid juris habetis in ecclesia ejusdem ville, in Josbertivilla terram Alvredi Malba[n]c et terram Tetoldi clerici cum decimis earum, terram Radulfi Querloth et terram ejus de Billi cum decima ejusdem terre, apud Furnum duos colonos, apud Cadomum domum Mauri, cum alodio suo, liberam ab omni consuetudine, ecclesiam de Diva cum quindecim burgensibus et quinque salinis, quartam partem terre arabilis de Calvo Monte, quietudinem thelonei de rebus Sancti Martini in terra et in aqua. apud Lion unum piscatorem cum terra sua, quicquid juris habetis in decima ecclesie de Fulgeriis, in eadem villa terram trium hospitem, et decimam molendini, apud Stovi decimam thelonei et molendini, et terram uniusdam (sic) burgensis apud Lingroniam et quicquid juris habetis in decimis ejusdem ville, Tallevillam cum cappella et omnibus pertinentiis et consuetudinibus suis, quicquid juris habetis in Berneriis, apud Falesiam totam terram Wesman, cum consuetudinibus regalibus, quicquid juris habetis in ecclesiis de Cagneio et decimis earum, ecclesiam de Olnebac cum decima et terra ejusdem, apud Musca[n]pum ecclesiam cum tota decima, apud Campagnoles ecclesiam cum tota decima, apud Beneium ecclesiam cum tota decima, quicquid juris habetis in Prateriis et in Caravilla, apud Castrum Vire ecclesiam cum omni decima tam annone quam theloneorum, molendinorum, furnorum, et cun[c]torum reddituum ipsius ville, Horseleiam cum ecclesiis et decima et cunctis redditibus ipsius ville, apud Witeherst ecclesiam cum decima et terra presbiteri, ecclesiam de Mappella cum terra presbiteri et terra unius carruce et pratis adjacentibus et decima ipsius ville, totam Rogentoniam cum omnibus hominibus ejusdem ville, quicquid juris habetis in insila (sic) Haringie, tam in terris quam in hominibus, apud Waltan tres hidras (sic) terre, decimas in Grafan et in Estrementona, apud Cicestram cappellam Sancti Ciriaci et duos mansos, decimam tam in Mersetona quam in Olfan, ecclesiam de Cluvilla (sic) cum tota decima et decimas trium molendinorum, decimam de Alteio, ecclesiam de Mondream cum tota decima, ecclesiam de Milleio cum tota decima, decimam de Vitreio, tam de molendinis quam de nu[tri]mentis animalium, decimam de foresta Gufer, homines et salinas quas habetis in Guaranvilla et in Salnellis, ecclesiam de Airam cum decima et arpento vinee, apud Wincestram unam domum, in Brotona cotidianam plaustratam lignorum, apud Tocam duas salinas, ecclesiam de Calido loco et terram de Sarbos (sic). Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva sedis apostolice auctoritate et diocesanorum episcoporum canonica justitia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore et sanguine Dei et Domini nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi quatinus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen. Amen.

† Ego Hubaldus, presbyter cardinalis tituli Sancte Praxedis, subscripsi., † Ego Hugo, presbyter cardinalis tituli in Lucina, subscripsi., † Ego Julius, presbyter cardinalis tituli Sancti Marcelli, subscripsi., † Ego Guido, presbyter cardinalis, tituli Pastoris, subscripsi., ROTA. Ego Eugenius, catholicæ æcclesiæ episcopus, subscripsi., † Ego Ymarus, Tusculani episcopus, subscripsi., BENE VALETE. † Ego Oddo, diaconus cardinalis tituli Sancti Georgii ad Velum aureum, subscripsi., † Ego Octavianus, diaconus cardinalis Sancti Nicholai in carcere Tullino, subscripsi., † Ego Gregorius, diaconus cardinalis Sancti Angeli, subscripsi., † Ego Guido, diaconus cardinalis Sancte Marie in Porticu, subscripsi., † Ego Jacintus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Cosmydyn, subscripsi., Datum Remis, per manum Guidonis sancte Romane ecclesie diaconus cardinalis et cancellarius, vij. idus aprilis, indictione xj., Incarnationis dominice anno M° C° XLViiij., pontificatus vero domni Eugenii pape iij. anno iiij.